

Sunt tamen, quæ speciosè opponantur. Hæc, inquis, frigent omnia, quæ ponitur. Quid magni, quæso, interest, frigidis, an calidis ventrem ita farcias, vt esurire desinas? Deinde: Non omnia hæc, inquis, libantur: At certè periculum est ne tangantur multa. Tertio: Hæc, inquis, postulat principalis mensæ dignitas. Hilarion superfluum censebat in sacco quærere manditiem, ego æquè superfluum censeo in ieiunio quærere splendorem. Quarto: Ad frigidam hanc cœnulam subinde viri primarij & peregrini adhibentur. Si, vt simul cœnent, inuidentur, nihil eis calidi apponere, nimis parum est; si vt simul ieiuent, tot missus ponere frigidis nimis multum est. Sed nunquam deest luxui, quæ obducatur. Iam morem, iam conuiuatoris, iam conuiuatoris dignitatem prætexit culpæ.

Baro fuit, nomen silemus, qui conuiuio vnico trecenta posuit ferula, quod scripta publica testantur. Ohe portentum luxus, & monstrum nobile! Ante annos centum in mensis principum nouem ferula, malo exemplo & offensionem erant; nunc lautiores serui, qui quadras panis aliquando mendicabant, quinquaginta ponunt, & plura. Quod luxus & abusum non deuenimus, & quod tandem non deuenimus luxu crescente? Hoc profus est rem familiarem cum ratione perditum ire. Multitudo ferulorum, abusus conuiuiorum maximus.

2. Abusus, Ferulorum pretium.

Abusus alter priori proximus, *Ferculorum pretium*. Elementis omnibus seruitia indicantur, vt mensa tite oneretur. Id quod rarissimum, quod exquisitissimum, in conuiuio apparatus expeditur, quidquid impense fiat, hic sumptibus nullis pareitur. Terra suppeditare cogitur omnis generis herbas, radices, olera, fructus, omnis generis feras. Caro bubula, agnina, ouilla, hædina, vitulina, nisi exotico iute perfusa non admittitur; leporena, aprugna, ceruina, & quidquid animalium siluas pererrat, in mensas extrahitur. Plinius de carduis fatiuis dixerat: Portenta quoque terrarum, inquit, in ganemam vertimus, etiam ea, quæ refugij quadrupes conficiat. Post terram, aqua pretiosissimos pisces gulæ subministrare iubetur. Hoc autem nimis ac noxiæ vocacitatis est, cum caribus iam abundè satuti sunt conuiuia, pisces etiam inferre in ventrem plenum deiciendos. Aër volucres, & omnis generis præbet altilia, perdices, phasianos, meleagrides, gallinas Decumanas, Numidicas, Africanas, Indicas, ficedulas, gallinagines, pullastorum stragem. Si possemus Salamandras & Phœnices ad culinam trahere, cogeremus ignem has delicias non negare; coquere & lixare illas facile disceremus. Helioagalabus Imperator, Lampridio teste, conuiuus pollicitus phœnicem, aut mille libras auri.

Ad incédendum conuiuio pretium insigniter faciunt epulæ fixæ & adumbrate, seu verius epulari ludibria & signenta, quæ mensis, ad solam ferè spectandi voluntatem inferuntur, merus oculorum pastus, escaria imitamenta, spectacula mensaria, & oblectamenta, quæ magni sumptus sunt, nullius aut perexigui vsus. Et nunquid epularium spectaculorum satis est, si quinquaginta, si centum missus in mensam veniant, quid opus est nouis epularum ludibrijs? Obicitur: Hoc mens status & conditio, hoc opes meæ, hoc liberalitas, hoc dignitas mea expedit: mille talia prætexuntur. Sed luxus, & modum excedens sumptus, vitorum optime, nulli statui, nullis opibus, nulli conuenit dignitatis. Hunc dynastam, hunc regulum, hunc satrapam, hunc esse principem iam ante nouimus, etiam si nec hic, nec iste, nec ille sumptus extra modum prædeat.

## S. II.

3. Abusus Conuiuio prolixitas, coëssus nimium diuini.

Tertius abusus, *Conuiuio prolixitas, coëssus nimium diuini*. De Centaurota, & Lapitharum cœnis, quæ duos tresque dies & noctes, aut etiam hebdomades durabant, sileo, de nostris vulgaribus loquor,

quæ sæpe prandium cœnæ necunt, aut cœnæ ad noctis umbilicum, ad primam, ad tertiam, ad usque quartam, diei principium extendunt. Hoc nimirum est ad preces matutinas, sed temulentas petuigillare. Vale, rex David, vale & abi, nimis matutinus es, quem dixisse nouimus. *Media nocte surgebam ad consistendum tibi*. Non scio inter homines etiam Christianos mores tam fœdos inualuisse, vt quandoque diem vnum, noctemque totam subinde biduum triduamque, nonnunquam septem aut octo dies, continuum pane conuiuium leperet; omni hoc tempore estur, potatur, luditur, furtim dormitur. Sanctissima sunt ista Bacchi & Veneris petuigilla, ad quæ popinones, & symposiasta punctis digitorum, & sacramento dexterarum fidem suam obligant, ne quis fugitiuus hoc poculorum prælio excedat, ne quis signa deferat, standum & pugnandum ad vsque guttam vltimam.

Verum nec illud laudandum, quatuor, aut quinque horis mensam accumbere, & quod prisca dicebant, diem epulis & mero frangere. Id verecundiores aliqui non sine valetudinis dispendio malè tolerant. Duabus aut tribus horis abundè genus propitiari potest.

Abusus quartus, *Acroamata* Romani veteres aliquot gladiatorum, parua, mutuis se cadibus conficiunt ad mensam componebant, qui Cubiculari dicebantur, vt doctissimus Lipsius in Saturnalibus attestatur. Hoc cruento acroamate, nostra non multò puriora sunt. Malum acroama est charatum lusus ardens nimium & pretiosus, cum quadæ argento vel auro plene multum in singula puncta eiciunt. Malum acroama cum ministri mensæ, & motiones inter se committuntur, vt ora sibi pugnis fœdent, vnguibz lacertent, dentes excutiant, humi se sternant. Memores estore, obsecro, viri magni, quos altis fatuos esse etiam homines, vobis ipsis nonnunquam aut sapientiores, aut sanctiores, humano ritu tractandos. Fœdum dictu & indignum profus est, quid illud hominum genus ad Magnatum mensas cogatur ferre. Vidi ego meis oculis homini non sanæ mentis ad herilem mensam alticium carduorum capillitium vi per os ingeri. Sexcenta talia sunt, acroamata sanè pessima. Quasi verò ea demum sit amœna recreatio, torquere miseris, & eos velut feras tractare. Aliud acroama malum, Choroæ & quidem peregrina, Germanis ante hæc ignota, ad quas duarum aut trium hebdomadam prolusione sit opus si concinne in numerum saltare velis. Sit, obsecro, venia verbo. Hæc Germaniæ stultitia est, cui domestica fordescent, & exterorum omnia placent, velles, idioma, ipsa etiam vitia, quæ hoc potissimum nomine speciosa sunt, quia peregrina sunt. Senarii veteris monitio est:

*Cana optima est in quam Choroales non venit.*

Præsertim talis, qui non tam auribus seruit, quam libidini. Malum aliud acroama est, insana garrulitas, fœdi clamores, crebra obtrectatio. Quantis famam, nominemque subtrahunt conuiuia, cum modò huius, modò illius mores carpuntur; non mirum si multis aures tinniant de quibus adè liberè detrahitur. Acroama pessimum est diuersa libidinum formæ, quas ebriorum verba & gestus exprimit; cum non pocula tantum sed & oscula sunt ambulatores; cum morsumcula ac compressuncula, similesque Veneris imitatione in orbem eunt animi causa; cum oculis, cum & lingue, ac manibus summa liberata est; cum oculi ad omnem lasciuiam vagi euolant; cum lingua promit quidquid animus diu celaret, cum petulantissimæ manus omnem verecundiam legem perfringunt. Ea nonnunquam sermonis turpitudinem est in conuiuio, vt verecundus auditor dixerit: Hi potentent homines omnis pudicitia oblici, minime Christiani, obseceni, barbari, pane diaboli sunt. Diuina lex iusserat: *Et comedetis ibi in cœspectu Domini Dei vestri, ac leuabimini*. Epularem nobis lætitiā concedit, sed in conspe-

Pf. 113. 61.

4. Abusus, Acroamata.

Lipsius l. 1. Saturnal. c. 6.

Mala acroamata in cœnijs sunt.

1. Lusus, charatam.

2. Choroæ, & quidem peregrina.

3. Insana garrulitas, fœdi clamores, crebra obtrectatio.

Deut. 12. 7.